

CLASSIS SEXTA

V E N E N O R U M
M E C H A N I C O R U M.

Quae acutis suis superficiebus solutionem continui efficiunt, partesque destruunt, venena mechanica dicuntur.

ADAMAS *Offic. Mineralogiae* W. Classis Naturalis Lapidum. Ordo Gemmarum. *Germ.* Demant. *Gallis* Diamant. *Anglis* Diamand.

Nullis remedii emendari rigidissimum hoc venenum posse, quod THEOPHRASTUM PARACELSUM e medio sustulit, discipuli afferunt; primum quidem verum, posterius forte dubium censeri potest. Alia exempla haud exstant.

A L U M E N P L U M O S U M.

CRYSTALLUS MONTANA *Offic. Mineralogiae* W. Classis Naturalis Lapidum. Ordo Gemmarum. *Germ.* Bergkrystal. *Gallis* Crystale de roche. *Anglis* Crystal.

Grossuscule contrita vulnerat, in pollinem redacta innocua est, MONTI proprio experimento: præpara-


G 5 rata

rata inutilis; laudat tamen contra infantum epilepsiam
CRUGERUS *Ephemerid. Acad. N. C.* violenter calcinata acidum bibit, quod igne non vexata respuit,
GEOFFROY *Acad. des Sciences 1746.* Sed neque observare primum **MONTIUS** potuit *Bononiens. scient. & art. Institut. T. I.* An tanto molimine querendum remedium absorbens?

VITRUM *Offic. Classis Naturalis Artefactorum.*

Ordo Lapideorum. Germ. Glas. Galli Verre. Anglii Glass.

Vitra ex lapide, vel arena vitrescente cum sale alcalino colliquatis conflata, diffracta superficies instar cultrorum scindentes habent, unde etiam rudius trita corpus destruere assumpta possunt.



CLAS-